



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

An non descenderit, vt faceret voluntatem suam?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

non tamen discernit eos aliquid quod suis viribus tribuere, & de quo gloriari possint. Non enim cooperaretur nisi à Deo accepisset, non modo vt cooperari posset, sed etiam re ipsa cooperaretur, quod ideo factum, quia Deus eo modo, tempore, mensurâ, proportionem dedit gratiam, quâ congruam & efficacem fore videbat, ab hac igitur gratiâ se discerni humilime sciretur, & de cooperatione se non iactat, sed totam gratiâ tribuit, quamvis sit liberæ voluntatis consensus.

§. 3. Caluini grauior est error tolli hinc merita, & opera, quia donamur à patre.

Respondeo. Cum causa rei alienius vna profertur, non tolli causas cæteras. Si enim finem ædium dicam habitationem, ideo non inficior, materiam, architectum, operas. Nam Deus filio dedit, & donationis causa est misericordissima largitas creatoris, nec dedit tamen sine meritis redemptoris, in Christo enim nos legit. Ephes. 1. & 2. 2. Thimoth. 1. Vide & Augustinum tract. 106. in Ioan. Chrysostr. hom. 80. in Ioan. Nec sine penitentia, & conuersione dedit, quâ Dei liberalitas, & filij merita donatis applicentur.

QUESTIO III.

Quomodo non eijciat foras?

§. 1. Neminem ad vitam æternam admissum eijci aliquando apud omnes in confesso est. Nam beatus, securus est, & de suâ beatitudine certissimus. Tertullianus de resurrectione cap. 35. neminem ex illis perdit, qui donati sunt. Quorum deniq; capillos omnes capitis numeratos affirmans, saluos viq; reprobos, perituros enim quæ ratio in numerum redegerit? nisi quia hoc est, vt omne quod pater mihi dedit, non perdam ex eo quicquam: id est, nec capillum, sicut nec oculum, nec demem. De electis itaque sermone esse existimat.

Hoc ergo indicat inseparabilem esse voluntatis suæ cum patre consensus, vt quemadmodum pater dederit, illum ipse amatissime excipiat, & tueatur, donec in vitam æternam deducat. Itaque electio ipsa certa est.

§. 2. Quod vero inde conficere Caluinus molitur. Vnumquemque de salute suâ certum esse, id nequam sequitur. Nisi cui id pater reuelauit, datum à se cum filio. Vera sententia est scripturæ: Omne quod datum est à patre filio, venit ad filium, & nemo qui venit, eijciatur foras. At nemo sine reuelatione scire potest, se datum, se venisse: ac proinde Paulus timere iubet, vt videant qui infiti sunt, ne excidant, cum ramos naturales excisos videant.

Quocirca ab illâ superbissimâ præsumptione magna pars Caluianorum recessit, non in Belgio modo, sed in Gallia quoque. Nam Scharpius concedit, electos non semper id certo scire. Nec villo modo credere possunt Lutherani, qui fidem debilem esse concedunt.

Si credere & affirmare non possunt peccata sibi remissa, multo minus affirmare possunt, se Christo donatos à patre. Nemo enim nisi remissis peccatis donatur.

VERSVS 38.

Quia descendi de cælo non vt faciam voluntatem meam sed voluntatem eius, qui misit me.

QUESTIO I.

An non descenderis, vt faceret voluntatem suam?

Adami Conzari in Euang. Tom. II.

§. 1. Cvm voluntas diuina Christi non modo consensu, sed essentia quoq; sit voluntas patris, indiuidua est trium, vt substantia, ita voluntas personarum. Hanc igitur fecit, cum patris voluntatem fecit. Si de humana voluntate sermo sit, cum illa tota sit diuinæ subiecta voluntati, totaque ex ea pendet in diuina etiam voluntate perficitur: nec quicquam fecit diuinitas, quod non ex tota mente, & toto corde voluerit humanitas.

Itaque Nazianzenus Orat. 4. de Theologia interpretatur, non venisse, vt suam faceret voluntatem, à patris voluntate distinctam, seu separatam, aut aliud sententem. Cyrillus non venisse, vt humanam voluntatem exqueretur, sed diuinam, quamvis enim diuinæ concors illa fuerit, ideo tamen eam non facere dicitur, quia ab alia pendet. Hoc ipso enim quod alteri se subijcit, sua esse definit. Hanc posteriorem interpretationem probat. Nam Iudæi ita de illo loquebantur, quasi voluntatem à Deo diuersam haberet, ille vero hoc ostendit, se illos solum recipere quos Deus dedit, & non rejicere ex illis quemquam. Non dicit suam esse voluntatem, ne contemnerent, vt monet Chrysostr. alij putant eum, non secutum suam voluntatem à molestijs naturaliter abhorrentem.

Voluntas Christi vt Dei eadem cum voluntate patris.

Humana Christi voluntas eadem est cum voluntate patris.

§. 2. Theophylactus ex eo, quod descendisse se dicit diuinitatem & humanitatem non separatas, sed in vna persona, naturarum proprietatibus manentibus ostendit. Πῶς ἔτι, inquit, Νεστόριος ἐπιπέθει ὁ λόγος, ὅτι μετὰ τὴν ἀναστάσιν ἐθεοποίηθη ὁ Χριστός; ὅδε ἀλλοίωσις τῆς φύσεως; ὅτι καὶ ἐθεοποίητο ἕρανος; ὁ δὲ κατὰ θεὸς ἐκείνῃ ἕρανος, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου; ἢ ἄλλο ἄλλο θεός, υἱὸς ἀνθρώπου; ἢ κατὰ θεὸν, ἀλλὰ εἰ ἄρα ἀνατέθεινός ἐστι ἕρανος, χαρμολογούμενος διὰ ἀρετῆν τῆς θεῶν. ἐπεὶ ἐν τῇ κურίῃ ἡ κατὰ θεὸν προέλαβε τὴν ἀναβάσιν, ὁ αὐτὸς ἐν κτὴ κατέβη ἐξ ἕρανος, ὡς θεός δηλονότι, διὰ τὸ ἐνανθρωπήσασιν σινικαῖα εἶδος, καὶ ἀνέβη εἰς ἕρανος, καὶ σαρκὸς δηλαδὴ ὁ ἀνθρώπου, ἐν τῇ ἡν τὸ πῶς ἕρανος ὡς θεός. ὅδε ἄρα υἱὸς ἀνθρώπου ὁ Χριστός, θεοῦ ὑπερὸν ὡς ἐληγε νεστόριος, ἀλλὰ θεός παρὰ τὴν ἐνανθρωπήσασιν ἐν ἐχθροῖς κειροῖς. Vbi est N. storus hic diuus, post resurrectionem Christum Deum factum: non audis miser, cum descendisse de cælo, qui vero descendit de cælo non certe nudus homo erat, sed Deus. Nudus enim homo non descendit. Si rursus ascendit in cælum dante id ob virtutem Deo. Cum igitur ascensionem Domini descendit præserit, ipse certe de cælo descendit, vt Deus, quod homo factus sit descendens. Et ascendit in cælum cum carne, vt liquet, tanquam homo, vbi erat prius vt Deus. Non igitur nudus homo Christus erat, postea Deus factus, vt delirat Nestorius: sed Deus ante secula, homo factus vltimis temporibus. Et Athanasius contra Sabellij Gregales.

Christus Deus.

§. 3. Petulanter abusi sunt verbis illis Ariani, vt constat ex Athanasio. Orat. 4. contra Arianos: cum illa verba reci asslet, probat filium non esse contrarium patri. καὶ εἰ τοιαῦτα ἔτιν ὁ υἱὸς ὡς ἐαυτὸν πατέρος, ποῖα ἐναντιότης; &c. Si talis sit erga patrem filius, qualis est inter eos repugnantia? & de comm. essent. Patris & Filij & Spiritus, contra eos qui in contumeliam Filij accipiunt illa verba, Non venit facere voluntatem meam. Si probro est filio adimplere voluntatem patris, probro quoque est Deo & patri adimplere voluntatem in filij, cum Dauid de eo loquatur, voluntatem cinnurium se facit, & deprecationes eorum exaudiet. Quod si Deus adimplens voluntatem mortaliū, non confunditur pudore, Filius scilicet ob humana carnis negotia descendit, & habitum nobis conuenientem, & conditionem seruilem quam nostri causa suscepit, in probro erit, cum dicit, non venit facere voluntatem meam, hoc est, carnis mea, sed patris, hoc est, diuinam voluntatem: ne igitur in

Christus Deus.

Ee vitupe-

vituperium accipiat. quamvis illorum sententia maxime ist-  
hic dissolvatur. Accessit ad eum leprosus genua flectens, & di-  
cit, Domine si vis, poteris me mundare, hunc igitur non reiecit  
Saluator neq; locutus est, quid blasphemus? cum dixit si vis, ac  
potius non debes? Quid ergo? nonne approbavit professionem  
eius fidei? nonne eiusdem mutata syllaba salutem illi contulit?  
dicens, volo, mundare. Volens purgat lepra, volens vivificat  
mortuum. Voluit & excitavit Lazarum.

Idem Epist. de Synodis Arimin. & Seleuciae probat  
hominem factum eisdem ex verbis. Laodiceae cotam  
probo legato Constantini cum Ario etiam con-  
gressus ad hunc locum respondit. Arij verba sunt. Si  
maiores habet, si spontanea voluntate non venit, si suam vo-  
luntatem non fecit, &c. aquum non videtur, ut qui de sua sub-  
iectione tanta ac talia dicit, patri efficiatur aequalis. Resp.  
Athanasius. Christus filius Dei, in formam servi, quam  
assumpsit ex virgine patri dicitur esse subiectus, &c.

## VERSUS 39.

*Hac est autem voluntas eius, qui mi-  
sit me Patris: ut omne quod dedit  
mibi non perdam ex eo sed resusci-  
tem illud in novissimo die.*

## QUESTIO I.

*Quae patris voluntas?*

§. 1. **D**plex est Graeca lectio, alij libri habent, ὅ-  
τι οὐδὲ, ut Augustinus, Theophyl. Euthym.  
alij τὸ τοῦ πατρὸς, ut Chryostomus, Cyrillus. Eodem ta-  
men recurrit sensus. Firmum enim esse demonstrat,  
quod dixit. Nempe se neminem eiecere foras. Pater  
enim neminem vult perdi, cuius est immota definitio:  
cum vero ipse voluntatem Patris semper faciat,  
non potest perdere quos salvos vult pater. Alludit  
ad filios frugi qui hereditatem paternam non minu-  
unt, non dilapidant, Christi autem hereditas sunt e-  
lecti; Electionis itaq; firmitas à patre est, non ex nobis,  
ut optime Bellarminus l. 2. c. 10. de gratia & libero ar-  
bitrio, non inde tamen sequitur quenquam esse cer-  
tum de sua electione, ut Calviniani nugantur, nisi de  
electione antecesserit revelatio. Non perditurum  
ostendit; etiam enim moriantur more aliorum homi-  
num, in novissimo tamen die eos se resuscitaturum  
affirmat, quo etiam evidenter divinitatem suam de-  
monstrat; nam solius Dei est resuscitare mortuos.

## VERSUS 40.

*Hac est autem voluntas Patris mei,  
qui misit me: ut omnis qui vidit  
filium & credit in eum habeat  
vitam aeternam, & ego resuscitabo  
eum in novissimo die.*

## QUESTIO I.

*Quomodo credens habeat vitam aeternam?*

§. 1. **P**ro particulâ autem, Augustinus, Cyrillus, Be-  
da legunt: Enim, in Graecis δὲ, autem, retinen-  
da lectio vitata. Cautam reddit cur eos sit resuscita-  
turus; voluntas enim patris est, ut possideant vitam  
aeternam. Quum nisi reviviscant, habere non valent.  
Vita viventium est, non mortuorum. Itaque & Ter-  
tullian. pro resurrectione hinc ducit argumentum. l.  
de resurrect. c. 34. Porro autem recipimus animam immorta-  
litatem, ut perditam non in interitum credatur, sed in supplici-  
um, id est, in gehennam. Et si ita est, iam non animam specta-

Resurrecti-  
onis proba-  
tio.

bit salus salvam, scilicet suam naturam per immortalitatem, sed car-  
nem potius quam interibilem constat apud omnes. Aut si & a-  
nima interibilia, id est, non immortalis, quod & caro, iam &  
carni forma illa ex aquo proficere debet, prout de mortali, &  
interibili, quia id quod perit, saluum factum est Dominus. No-  
lo in me contentioso sume deducere, hac, an illas hominem per-  
ditio deposuisset, dum viring, eum salus desinet, in ambas sub-  
stantias per aqua. Ecce enim ex qua unq; substantia hinc inde  
per se presumpserit, ex altera non perit. Salus ergo erit tam ex  
qua non perit, utiq; non erit perditurus. Quis ultra de vitâ in sa-  
substantie securitate dubitavit, cum altera salutem consequi-  
tura sit, altera amissa eam non sit? Et tamen adhuc sensum  
rei exprimit Dominus: Ego, dicens, veni non vi meam, sed vi  
patris qui me misit, faciam voluntatem. Quam oro te: vi-  
vime quod dedit mihi non perdam ex eo quicquam, sed resusci-  
tem illud in novissimo die. Quid à Patre Christus accipiat,  
nisi quod & induerat? hominem sine dubio carnis animaeque  
texturam. Neutrum ergo eorum qua accepit, perire patitur:  
immo nec quicquam vitâ usq; immo nec modicum, quod si mo-  
dicum caro, ergo nec carnem, quia nec modicum, nec quicquam  
quia nec quicquam. Atqui si non & carnem resuscitabit no-  
vissima die, iam non modicum patitur perire de homine, sed pro-  
tanta dixerim pariter prope totum. Ingerens amplius, hac est pa-  
tris voluntas, ut omnis qui vidit filium, & credit in eum, habe-  
at vitam aeternam: & resuscitem illum novissima die: pluritudi-  
nem extruxit resurrectionis. Distribuit enim vitâ, substantias  
per officia propriam mercedem salutis, & carnis per quam filius  
aspiciebatur, & animae per quam credebatur. Ergo dicit, illis  
erit promissares, à quibus Christus videbatur. Sit plane ita, ut  
& ad nos eadem spes emanaverit. Nam si videndibus & iudic-  
co credentibus fructuosa tunc fuerunt opera carnis, atque ani-  
mae, multo magis nobis.

§. 2. Non est satis etiam clarum quod ait, qui vidit  
filium, & credit, & deo per ad rerum caelestium confide-  
rationem pertinet. Beza duplicem hic cognitionem  
figit. [Sed notandum est ex hoc loco, duplicem esse  
se cognitionem Christi, unam vniuersalem quâ etiam  
Diaboli praediti credere dicuntur. Iac. 2. 9. alteram fe-  
delium propria, quâ sibi applicant promissiones ge-  
nerales. Ideo cum dixisset Ioannes δὲ θεοῦ ἐστίν, addidit, καὶ  
οὐκ ἔσονται ἰσχυροί.] Resp. Verissimum esse deo per esse rerum  
diuinarum, et si nusquam sic intelligeretur, hic tamen  
locus eum intellectu requirit. Non omnis autem, qui  
Christum deo per contemplatur, eiusq; gesta perpendit,  
etiam credit. Pharisei nobis exemplo Christum viden-  
tes & gloria eius invidentes. Quod autē deo eius vo-  
cat fidē generalem, & deo per autem, fiducia sibi pro-  
missiones generales applicantes, in eo fallitur. Nemo  
enim adeo stolidus est, ut generales promissiones sibi  
applicet, eo solū quod generaliter reuelatae sunt. Cre-  
dentes habebunt vitam aeternam, & non quovis mo-  
do credentes, sed viua fide, per caritatē operante. Hoc  
ratum est, oraculum est, an ea fide hic vel ille praeditus  
sit, non potest nisi per reuelationem constare certo.  
Nam generales promissiones non nisi positis condi-  
tionibus in singularibus ratae sunt. Nec Christus hūc  
populis dicit: ut certi sint, non enim sensus est. Vide-  
te, hoc credite generali fide, vera esse, quae doceo. Et  
credite, hoc est, Persuadete vobis, vos electos esse.  
Frustra enim moneret, ut se electos crederent, si sciret  
ipse electos non esse. Non enim Christi est securitatis  
Christianae puluillos cōfutare, sed Othonis Calmanni.  
Quod Caluin. fidem non confusam, & inanem requi-  
rit, laudem mereretur, nisi de fiducia intelligi vellet.  
Quod ait nos credere, quod liberit, calumnia est.

§. 3. Calvinus ex eo, quod credentibus vita aeterna  
promittatur, ex fide colligit praedestinationis certitudi-  
nem. [Ergo sua cuiq; fides, inquit, aeternae Dei praed-  
destinationis locuples testis est, ut altius inquirere sa-  
cilegū sit, quia atrocem Spiritus S. iniuriam facit, quif-  
quis simplici eius testimonio subscribere detrectat.] Respon-